



CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis) postulatione attenta Rev.mi Magni Cancellarii Universitatis Pontificiæ Salesianæ legitime præsentantis; cum compererit curriculum studiorum in Instituto Universitario Salesiano sub titulo v. *Rebaudengo* in civitate Taurinensi sito academicis rationibus aptatum esse; re undique perpensa ac collatis consiliis cum iis quorum interest, ad normam art. 63 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana* necnon art. 48 §1 *Ordinationum* eidem Constitutionis Apostolicæ adnexarum,

MEMORATUM INSTITUTUM

hoc Decreto **canonice erigit**, simulque idem

Facultati Scientiarum Educationis Universitatis Pontificiæ Salesianæ

ad quinquennium experimenti gratia aggregat aggregatumque declarat, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus scilicet Baccalaureatus et Licentiæ in Psychologia per Facultatem aggregantem consequendos, sub ductu et vigilantia eiusdem Facultatis positum; servatis peculiaribus Statutis ab hac Congregatione approbatis; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XV mensis Aprilis, a. D. MMXV.

+ *O. Vicentius Zaccari*

A SECRETIS

*P. Ambrosius Salvo F10*

SUBSECRETARIUS